Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



438

legem requirent ex ore
eius quia angelus dni
exercituum est Ad hebreos
Fres. Doctrinis
variis et peregrinis
nolite abduci. Optimum
est enim gratia stabilire cor:
non escis quae non profuerunt ambulantibus in eis.
Habemus altare: de quo
edere non habent potestatem
qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium
inferitur sanguis pro
peccato in sancta per pontificem.
horum corpora cremantur
extra castra. Propter quod
et ihesus ut sanctificaret
per suum sanguinem plebem:
extra portam passus
est. Exeamus igitur ad
eum extra castra improperium eius portantes. Non
enim habemus hic manentem
ciuitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis
semper deo: id est fructum
labiorum confitentium nomini
eius. Beneficentiae autem
et communicationis nolite ob
liuisci. Talibus enim hostiis
promeretur deus. Sapie.
Dedit dns confessionem
et excelsio in voce
glie. Et omnis corde suo
laudauit dnm: et dilexit
deum qui fecit illum. Et
dedit contra inimicos po illi
tentiam: et stare fecit cato
res contra altare: et in so
no eorum dulces fecit modos.
Et dedit in celebrationibus
decus: et ornauit tempora us
que ad consummationem uite.
Xpus purgauit peccata ipsi?
et exaltauit meritum cornu
ipsius. Sapia laudabit
animam suam: et in deo ho
norabitur et in medio
populi sui gloriabitur. Et in
ecclesia altissimi aperiet os
suum: et in conspectu illius
virtutis gloriabit. In medio